



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trent>**

**Coloniae, 1615**

De excellentia sanctissimæ Eucharistiæ super reliqua Sacra menta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

a 1. Co. II.  
Ephes. 5.  
Rom. 12.  
1. Cor. 5.  
b 1. Cor. I.

futuræ nostræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis,  
adeoq; symbolum vnius illius corporis, a cuius  
ipse caput existit, cuique nos tanquam mēbra  
arctissima, fidei, spei, & caritatis cōexione, a-  
strictos esse voluit, vt id ipsum omnes dicere-  
mus, b Nec essent in nobis schismata.

De excellentia sanctissimæ Eucharistiae  
super reliqua Sacra menta.

## CAPVT III.

c e. sacri-  
ficium de  
cōf. dist. 2.  
d c. mul.  
l. q. I.

e Mat. 26.  
Marc. 14.

f infra  
can. I.

**C**ommune hoc quidem est sanctissimæ Eu-  
charistiae cum ceteris Sacramentis, sym-  
bolum esse rei sacre, & inuisibilis gratiæ for-  
mam visibilem, verū illud in ea excellēs, &  
singulare reperitur, d quod reliqua Sacra men-  
ta tunc primum sanctificandi vim habent, cū  
quis illis vtitur, at in Eucharistia ipse sāctita-  
tis auctor ante vssum est: nondū enim Eucha-  
ristiam e de manu Domini Apostoli suscep-  
runt, cū verè tamen ipse affirmaret corpus  
suum esse, quod præbebat, & semper hæc fides in  
Ecclesia Dei fuit, statim post cōsecrationem f  
verum Domini nostri corpus, verumque eius  
sanguinem sub panis & vini specie vnā cū i-  
psius anima & diuinitate existere; sed corpus  
quidem sub specie panis, & sanguinem sub vi-  
ni specie, ex vi verborum, ipsum autem corpus  
sub specie vini, & sanguinis sub specie panis, a-  
nimamq; sub utraq;, vt naturalis illius cō-  
xionis, & concomitatiæ, q; partes Christi Do-  
mini

mini, & qui tam ex mortuis resurrexit, nō amplius moriturus, inter se copulatur: Diuinitatem porrò propter admirabilem illam eius cū corpore, & animo hypostaticam vniōnē. Quapropter verissimum est, b tātumdem sub alterutra specie, atque sub vtraq; contineri: totus enim, & integer Christus, sub panis specie, & sub quāvis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit.

## De Transubstantiatione.

## CAPVT I V.

**Q**uoniam autem Christus redēptor noster corpus suum id, c quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit, ideo persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuò sācta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini conuerstionem fieri totius substātie d panis in substātiā corporis Christi, Domini nostri, & totius substātie vini in substātiā sanguinis eius, quæ conuersio conuenienter, & propriè à sancta Catholica ecclesia transubstantiatio est appellata.

De cultu, & veneratione, huic sanctissimo Sacramento exhibenda.

## CAPVT V.

**N**ullus itaque dubitādilocus relinquitur, e quin omnes Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper recepto latrīe

- a Rom. 5.
- c. semel
- Christus.
- c. iteratur
- c. singuli.
- & c. qui
- manducant. de
- cōf. dist. 2.
- infr. cā. 3.
- b Sess. I.
- c. 3. vide
- hom. de
- pascha.
- inter eas
- quæ Euse.
- Emisseno
- asscribū-
- tur, & de
- conf. dist.
- z. vbi par.
- est, &c.
- c Luc. 22.
- Ioan. 6.
- z. Cor. 11.
- d c panis
- de conf.
- dist. z. c.
- cū Matr.
- de celeb.
- can. 2. in
- 2. Latera.
- Concil.
- e infra
- can. 6.